

sequuntur 42 disticha, auctore Theodulpho episcopo Aurelianensi, Prologus totius veteris historiae. Veteri Testamento adjecti sunt in usum praedicatorum loci graviores e veteri et novo testamento. In fine novi testamenti vocabula hebraica exponuntur. Sequitur diploma anni 1415. Denis I, V.

1097. [Salisb. 196.] m. XIII. 100. 4°. Biblia latina. Epistolae canonicae et Apocalypsis cum glossa. In folio thecae adglutinato et folio sequenti, numero non signato, fragmentum missalis s. IX.
1098. [Theol. 395.] m. XIII. 127. 4°. 1.) 1<sup>a</sup>. Diploma germanicum, quo Kuonradus abbas Sanctae Crucis in Austria inferiori vendit duas vineas Chunrado Dietrici filio anno 1351. 1<sup>b</sup> vacat. 2.) 2<sup>a</sup>—127<sup>b</sup>. Evangelium Lucae cum glossa ordinaria. Denis I, LIV.
1099. [Rec. 37.] m. XIII. 102. 4°. S. Paulus, Epistolae cum glossa ordinaria et interlineari. Desunt Ep. I ad Corinth. VIII, 2., Ep. II ad Corinth, Ep. ad Galatas et ad Ephesios usque ad III, 18. Denis II, CVL.
1100. [Rec. 3108.] m. XII. 242. 4°. c. pict. m. Psalmi latini cum additamentis ordinariis et glossa. Denis II, LXI.
1101. [Rec. 1114.] m. XIV. 599. 4°. Biblia latina. Denis II, XIV.
1102. [Theol. 360.] S. Paulus, Epistolae cum notis. Interpretatio vulgata. In foliis thecis adglutinatis leguntur: a) Diploma germanicum Philippi et Hartmanni in Dumeck. b) Item Philippi episcopi Albanensis. Denis I, LX.
1103. [Theol. 463.] m. XII. 59. 4°. Epistolae canonicae VII cum glossa Walafridiana. Denis I, LXI.
1104. [Theol. 462.] m. XV. 28. 4°. c. pict. m. 1.) 1<sup>a</sup>. Preces binae latinae. 2.) 2<sup>a</sup>—4<sup>b</sup>. Calendarium. 3.) 5<sup>a</sup>—28<sup>b</sup>. Psalmi poenitentiales et litaniae omnium sanctorum. Denis I, DCCCCVII.
1105. [Theol. 458.] m. XIV. 499. 4°. Biblia latina, exceptis psalmis. In fine versus gallici in Matrem Dei. Incip.: 'Je te salue Maria...' Expl.: 'En la haute felicite Auoir bene pro omnia Amen' (sic). Denis I, XX.
1106. [Theol. 554.] m. XII. 145. 4°. Breviarium, continens psalterium, cantica biblica, hymnum Ambrosii Angelicum, orationem dominicam, symbolum apostolorum et Constantinopolitanum, Confessionem fidei S. Athanasii et litaniam, scriptura longobardica. Folium primum deest. Denis I, DCCCXLIX.
1107. [Theol. 485.] m. XII. 112. 4°. Psalterium latinum cum glossa, cantica biblica, oratio dominica, symbolum apostolorum, Te Deum, symbolum Athanasii et sequentia cum neumis. Denis I, XXIX.
1108. [Univ. 63.] m. XIII. 98. 4°. 1.) 1<sup>a</sup>—74<sup>b</sup>. Evangelium Johannis latine cum glossa et duobus prologis. 2.) 75<sup>a</sup>—80<sup>b</sup>. De quattuor novissimis, e Patrum operibus. 3.) 81<sup>a</sup>—98<sup>b</sup>. Sententiae theologicae.